



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quid sit Ecclesia vera, & quid solo nomine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

CAPVT III.

ARGVMENTA.

1. *Quid sit Ecclesia vera, & quid solo nomine.*
2. *Qui sint ministri Ecclesie.*
3. *Quae Christus contulit Ecclesiae suae, vt habeat certo usq; ad consummationem seculi.*

HOC nomen, Ecclesia, significat congrega-
tionem omnium qui profitentur se
Christianos, & non sunt excommuni-
cati, & sic sunt boni & mali, id est, adul-
teri, fures, mēdaces, vsurarij, &c. de nu-
mero Ecclesiae, Matt. 13. Simile est regnum cœlorum
legem missæ in mare, &c. Sed proprie & verè est Ec-
clesia Christi, congregatio iustorum, qui verè cre-
dunt in Christum, & sanctificantur spiritu Christi, de
qua Ecclesia dicit Apostolus Ephe. 5. Christus dilexit
Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sancti-
ficaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt
esset gloriosa sibi Ecclesia, non habens maculam aut
rugam, sed vt sit sancta & immaculata. Ex quo sequitur
primo, quod illa congregatio iustorū, est spiritu con-
iuncta in fide Christi per totum orbem, vbiq; sunt
sancti fideles: ob id Ecclesia dicitur Catholica, i. vni-
uersalis in spiritu: nō em̄ alligata est vni loco, aut cer-
tis ceremonijs: Marc. vlt. Ite in mundum vniuersum.
Deindè licet plurima vitia & crimina regnāt in mun-
do, semper tū sunt aliqua mēbra bona, aliqua admi-
xta malis, vt vix conspici possint: vndè fit aliquandò
illi qui putant se esse intra Ecclesiā, intra eam non
sunt: & qui sunt infimi, sint aliquandò nobiliora mem-
bra, crescit enim inter triticū zizania. Vera autē mem-
bra cognoscuntur esse, quæ audiunt & custodiunt verbū
Dei. Qui Sacramētis rectè vtuntur cū veritate & effi-
cacia, quiq; suæ vocationi respondent conuersatione
Christi.

Matth. 7.

Christiana, illi merito suo & sanctitate in Ecclesia sunt: ceteri autem sunt membra putrida, & quasi la-
bes in corpore mystico Ecclesiae: Non omnis qui di-
cit mihi, Domine Domine, &c. Insuper Ecclesia sancta & immaculata est in fide & spiritu Christi, vel in
ipso Christo sancta & iusta, quia Christus caput de-
sponsus suae Ecclesiae sanctus & iustus &c. non sic san-
cta est Ecclesia fidelium, ut non habeat imbecilla mem-
bra, errores, & peccata: corpus enim infirmum est, ideo
quotidie orat Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra,
& cetera. Matthaei 6. & quotidie pater agricola purgat
palmites, Ioan. 15. & Apostolus 1. Corinth. 3. delerit
bit Ecclesiam, inquit: Fundamentum aliud nemo
ponere potest. quasi dicat, cognitio vera de Christo
manet in perpetuum, licet sint discrimina doctrinae
alius enim supra fundamentum extruit aurum, ar-
gentum, lapides preciosos, id est, sanam doctrinam,
opera & pios cultus à Deo mandatos: alius ligna, in-
pulas & foenum superaedificat, hoc est, superstitiosas
opiniones & falsos cultus. Pij igitur sunt vera mem-
bra Ecclesiae, atque Ecclesiam constituunt.

2.

Secundò, Ecclesia Christi habet suos ministros
dispensatores bonorum Christi, quibus ornauit Eccle-
siam suam, & tales ministri sunt Papa ut superior, & E-
piscopi, sacerdotes, & clerici: illi sunt quidem etiam
membra Ecclesiae, non autem ipsi soli Ecclesia sunt, licet
de illis, quia sunt potior pars Ecclesiae, unde ipsa de-
nominetur. sunt iidem & ministri Ecclesiae 1. Cor. 12.
Sic nos existimet homo, &c. sicut enim imperatoris
principum nomine dicitur. quod tota Germania sic con-
ferit, licet solus Caesar cum principibus imperii hoc fa-
cerit: ita dicitur Papae & Episcoporum & Sacerdotum
mine Ecclesiam sic statuisse, unde dictum Christi cum an-
si te non audierit, dic Ecclesiae: hoc est intelligendum
rectoribus & proceribus Ecclesiae, ut Chryloto sen-
tit. Debemus itaque obedientiam praelatis & ministris
Ecclesiae.